

petere solent confessarij a laico, nec per eam remissam censetur ius accusandi, & iniuriam referendi ad externum iudicem. Ratio, quia ea intelligitur intra limites charitatis, & quoad non habendum odium, qualis requiritur, vt aptus sit, vt sacramentaliter absoluantur. Sic Bart. Alex. Felin. Iason, quos refert, & sequitur Couar. 2. var. cap. 10. num. 7. vers. tertium. Vnde ad hoc, quod extendatur ad exteriorem iniuriam querelam, oportet vt plana, & generalis facta fuerit remissio. Sic Couar. Alex. Iason, Felin. ibi.

1. Secunda conclusio: si offensus simpliciter remissit iniuriam, etiam quoad forum externum, & exteriorem accusationem, atque etiam pretio dato, non videtur remississe damna, expensas, & interesse: sed tantum iniuriam, & penam civilem, vel criminalem vindictae, nisi specialiter vtrumque remittatur. Ratio, quia ex iniuria oritur duplex actio, vna ad penam, alia ad damna, expensas, & interesse: ergo vna sublata, remanet alia. Sic Bald. Iacobus de sancto Gregorio, Card. Iason, & communis, quos refert, ac sequitur Anton. Gomez 3. var. cap. 6. n. 13. Anchar. & Panorm. c. 1. de iniur. num. 7. Speculator tit. de accusatore §. 1. vers. quid si vulneratus, num. 8. glof. cap. si Canonici, de offic. ordin. in 6. Couar. d. num. 7. vers. quarto. Salon 2. 2. q. 62. art. 2. controuerf. 9.

3. Tertia conclusio: quando Rex iusta de causa condonat homicidae delictum, non ob id liber manet a restitutione, quia tunc solam vitam, qua in penam priuandus erat, censetur condonari; nec Rex poterat damna remittere, cum iure naturae debita sint. Sic Salon dicto art. 2. controuerf. 4. fol. 640. ad 4.

4. Sed an occisus, quando habet haeredes necessarios, possit remittere damna, & expensas, & alimenta debita haeredibus necessariis, quos aiebat, Salon d. controuerf. 9. dicit, quod stando in iure naturae, potest, attento iure regni Castellae, quo pater tantum potest defraudare quinta bonorum parte filios, non potest, si quantum excedant.

5. Quarta tamen conclusio fit: Bene potest remittere damna illa, & expensas, & alimenta; ita vt factum teneat, licet peccabit pater, si filij non habeant aliunde alimenta. Ratio, quia hoc non dicitur proprie debitum, sed quasi debitum, descendens ex delicto, nec filij hoc petunt tanquam haeredes, sed tanquam filij: ita vt si pater possit eos exhaereditare, exhaereditaretque, adhuc haberent actionem ad petendum hanc damna; & sic non dicitur proprie priuare filios haereditate, dum remissionem hanc facit. Item, quia filij non habent maius ius, quam pater, ergo si pater remittat, nullum ius habent filij. Item, quia pater non tenetur ad alimenta praestanda filio ex iustitia, sed tantum ex charitate, & virtute pietatis; ergo si remittat, factum tenet. Sic docti magistri, quos ego consulti.

6. Vltima conclusio: Non tenetur quis ad has restitutiones, quando certò credit haeredes non admittendos, immo dedecori habituros, vt contingit inter diuites, & nobiles. Ratio, quia censetur tacite remittere. Sic Mercado lib. 6. de contrah. c. 6. paulo ante §. finalem Salon d. art. 2. controu. 4. fol. 639. vbi hæc dicit: Nobiles, & diuites ex communi vtu videntur renunciasse, & pepercisse huic iuri. Pro hac etiam sententia Cordub. lib. 1. quaest. 9. §. 1. art. 3. fol. 252. vers. Notetur. Soto 4. de iustit. quaest. 6.

art. 3. ad 3. vers. ex his fit. Ledefm. 2. 4. quaest. 18. art. 2. dub. 2. fol. 242. pag. 2. initio; vbi dicunt, quod inter illustres hæc restitutiones non petuntur, nam damna facile condonant, solamque iniuriam memoria tenent. Pro eadem sunt Aragon 2. 2. q. 62. art. 2. circa solutionem D. Thomae ad 1. fol. 180. Ludouic. Lopez 1. part. instrum. cap. 71. Nauar. addit. ad num. 22. cap. 15. Lat. cap. 15. num. 25. vbi dicunt, quod quando creditur de parte laici nullam velle satisfactionem præter supplicium, vt inter nobiles non teneri homicidam ad illum exhibendam: hanc etiam tenent nonnulli iuniores valde docti me consulti.

DVBIVM XIII.

An femina cancro, vel alio morbo grauissimo in verenda laborans, teneatur sustinere curari a chirurgo.

Respondetur non teneri, quia cum pudicitia sit tantum bonum, potest illam præferre vitam; licet possit sine peccato remittere curari. Sic Nauarra c. si cui, de pennis. dist. 1. n. 12. & 13. P. Emanuel Sa summa, verbo infirmum sine, Lessius de iustit. lib. 4. cap. 3. num. 60.

CAPT V.

De iniurijs fortunarum per furtum, damnumve illatum, ac de congrua restitutione.

SVMARIVM.

- DVB. I. An cadentes ligna ex nemoribus vetitis teneantur restituere.
- 1. An index, cui custodes agri aliquod damnum denunciant, si id ille notificari non facit parri damnificata, vt sibi suis fieri exposcat; sed solum panna condemnat, teneatur compensare parri damnum, vel hoc illi notificari facere, vt satisfactio nem petat.
- 2. An teneatur dominus de danno dato per proprium seruum, vel per propria animalia citra omnem domini culpam.
- 3. An puerum exponere sit licitum in aliquo casu.
- 4. An is, ad cuius ianuam puer exponitur, possit ad alterius ianuam illum exponere, vel peccet, & teneatur illi educationis expensas restituere.
- 5. An tonfores inuenientes aliquas raritates, Hispanae, razas, in paninis, & non adnotantes pannorum dominam, peccent, & restituere teneantur: & quid si mercatorem moneant, & eidem postulant pannum tradunt, vt ita raritas occultetur, & dissimuletur.
- 6. An economi, & quibus alius, cui a domino redditus frumenti a certo die exacti seruandi traduntur possit si qua postea incrementa reperiantur, sibi retinere, an potius domino restituere teneatur.
- 7. An qui conducti malam ad iter faciendum ab vno oppido in aliud, designatis, vt g. octo diebus ad eiusmodi iter possit ad oppidum distantius transire, tamen non plures, quam assignati sunt dies consumat in itinere.

DVBIVM I.

An cadentes ligna ex nemoribus vetitis teneantur restituere.

Hic non agimus, quando ligna sunt propria hominis industria plantata, & culta, vt sunt oliuetia, & vites; de his enim manifestum est ea cadentem teneri restituere. Sed nota quod quando arbores plantatae parua hominis industria, & labore nascuntur, vt sit peccatum mortale requiritur notabilis quantitas. Sic Bañez 2. 2. q. 62. art. 3. dub. 4. & quidam docti neoterici, & ait Bañez ibi talem esse cadere arborem, quia priuatur dominus annuo fructu; ac ramos ex his arboribus cadere vix erit mortale, nisi sit frequens caeso.

1. Sed dubium est quando sua sponte nascuntur: & vt claritatis obseruatores sumus, aliqua dubia sub hoc proponemus.

2. Primum ergo dubium sit, an sit licitum prohibere scissionem lignorum ex sylua communis oppidi, & pascua communia incolis oppidi.

3. Sit prima conclusio: licitum est cuilibet communitati syluam suam communem prohibere sub quibusdam penis etiam in incolis illius ob bonum publicum, ne scilicet in eius pernecium dissipetur. Ratio est, quia publica potestas ad omnia se extendit, quae ad communem vtilitatem, melioremque reipublicae, & bonorum ipsius conseruationem spectant. Sic Soto lib. 4. de iustit. quaest. 6. art. 4. vers. nonnulla. Azebed. lib. 7. recopil. tit. 7. l. 1. §. 1. num. 4. & l. §. tit. 7. lib. 3. Ledefm. 2. 4. quaest. 18. artic. 3. fol. 259. pag. 4. Aragon 2. 2. quaest. 62. artic. 3. fol. 235. pag. 1. Molina tomo 1. de iust. tract. 2. dist. §. 8. pag. 376. & seq. & supponunt id omnes Doctores citandi.

4. Hoc tamen intellige, modò aliunde possent commodè ligna deportari, & pascua haberi: si enim non relinquere tur oppidanis locus, vnde ea commodè possent asportare, iniusta, & irrationabilis esset prohibitio, & sic non posset iuste infligi pena, & possent licite asportare ligna a ciuibus ad omnes, & quotidianos vsus necessaria, & possent vti pascuis necessariis. Sic Bañez in ibi pag. 377. & colligitur ex Soto, & Ledefm. in conclusione sequenti citandis: dicit tamen, & bene, in linea ibi, quod posset tunc prohibere certam scissionem, quae plus nocerent plantis assert, plusque syluam ipsam deualat.

5. Secunda conclusio: quando Rex largitur alicui domino oppidum eum nemore, vel nemus ipsum, quod antea erat commune (non enim per hoc solum, quod ipsi vendit oppidum, dat ei ne-

mus, vt postea dicemus) non plus potest is dominus prohibere lignorum caesionem, quam Rex ipse posset. Vnde quando sylua totius erat oppidi, oppidanisque alius locus non suppetit, vnde posset asportari ligna ad necessarios vsus, prohibere hoc non potest, modò sylua ad hoc sufficiat: quod si non sufficiat, solum potest illis praecribere certas, ac rationabiles leges prohibitorias, quatenus postulat bonum commune, vt sylua in bonum publicum melius conferretur. Ratio, quia Rex non concessit, nec concedere potuit plus iuris quam ipse haberet. Sic Soto, & Ledefm. ibi. Molina ibi pag. 380. sine, & nonnulli recentiores magistris.

6. Vnde dicit Molina ibi, & fol. 381. initio, quod et 7 titulis, & originibus, vnde domini syluas possident, videndum est prohibere, ne possint oppidanos a lignorum caesione in syluis circumiacentibus, & quidam docti iuniores, quos ego consulti, dicunt, quod quando non scitur, quod nemus plantatum fuerit ab ipso domino, vel ab eius antecessoribus, iudicandum est de eo, sicut de alijs communibus eiusdem oppidi; quia cum dominus oppidi acquisiuit illum, acquisiuit etiam illa conditione, quam habebat, quando erit commune, siue illud acquisierit per priuilegium, siue per emptionem.

7. Tertia conclusio: licet nemora propria sint domini, non est imponenda corporalis pena, nec grauis pecuniaria scindentibus ligna, sed moderata pecuniaria. Ratio, quia cum hac sua sponte nascuntur, & sic iure gentium communia esse debent, non æstimandum est horum furtum, ac furtum rerum omnino propriarum, & sic nullibi hi infamia furum denotantur. Sic Soto, & Ledefm. ibi, & quod non imponenda sit pena corporalis, tenet etiam Aragon d. art. 3. fol. 235. pag. 2.

8. Quarta conclusio: Quilibet priuatus potest in suis prædiis, & syluis stando in iure communi prohibere ligna, & pastum pecorum, & sic facere sua prata prohibita, id est, debitas. Sic contra alios quos, quos ibi refert, dicentes non posse collectis frugibus prohibere conciuces, & alios habitatores, & incolas, ne propria animalia in eos agros immittant ad pasendum herbam, & sic facere illos prata prohibita, tenet Couar. quaest. pract. cap. 37. num. 2. & 3. Molina tomo 1. de iust. tract. 2. dist. §. 9. conclus. 7. & pater, quia minus dominium habet in feras sui nemoris, & tamen potest ibi prohibere venationem.

9. Quinta conclusio: Potest nihilominus Princeps in reipublica commune bonum statuere, vt fructibus collectis, nullus possit alijs prohibere pastum in suis prædiis, modò pradia non sint vineæ, & similia alia, quae magnum detrimentum patientur, si omnibus sint quoad pastum communia. Ratio, quia cum commune bonum sit priuato praepondenndum, potestas publica, cui omnes in ordine ad commune bonum subiacent, potest contrarium statuere, si eidem communi bono id expedire iudicauerit: maximè, quod hoc singulis reipublicae partibus prodest, cum singuli possint in alienis agris sua pecora pascere, & per accensum sit, plura, vel pauciora habere pradia, & possit temporis progressu contrarium euenire. Sic P. Molina, vbi in conclusione praecedenti.

10. Sexta conclusio: in Hispania lege definitum est non posse priuatos agrorum dominos absque speciali

speciali privilegio Regis, vel legitima præscriptione ex suis agris facere prata prohibita, quæ *dehesus*, vocamus, ad hoc vt possit herbas vendere, vel locare: sed cuiuslibet integrum est ex concubus, & incolis sua animalia in eis pascere, collectis iam frugibus; & fructibus: & sic pascuis est communis. Sic habetur l. 8. *tit. 7. lib. 7. noua recopil.* & docent Azebedo ea l. 8. *num. 5.* Couarr. *quæst. prælat. cap. 37. n. 3. versio. quidquid.* Molina *dicta disp. 59. conclus. 8.*

12 Septima conclusio: licitum est tamen priuatis agrorum dominis in eis vites, & oliueta, & quæcumque plantare, etiam si per hæc plantationem pascuis communis omnium concuium animalibus impediatur, cum in oliuetis, & vineis nullo anni tempore permitti possit absque arborum læsione animalium pascuis: nec potest ciuitas iure ordinario, nisi aliud lege regia cautum sit, prohibere dominos ab hac plantatione; quia lex tantum hanc pascuis communionem tribuit, dum non nocet arboribus. Sic Couarr. *eo cap. 37. num. 3. versio. Hinc sanè fit. n. 4. 5.* P. Molina vbi in conclusione præced. *Æpola de seruit. rustic. prælat. cap. de seruitute iuris pascendi, num. 26.*

13 Nota primò hoc esse verum, licet pascua sint communia incolis ciuitatis illius, & alterius, adhuc enim potest priuatus dominus agri illum noua cultura colere, licet impediatur pascuis communis. Sic Couarr. *libi num. 7. versio. igitur.* & videndus est *toto eo num. 7.* vbi declarat in quibus casibus hoc sit verum.

14 Secundò nota conclusionem esse veram in his agris, qui dominum priuatum habent: nam in communibus, & publicis ius pascendi absolute competit omnibus incolis, & habitatoribus territorij: & ideo non poterit hoc ius illa cultura impediiri absque consensu eorum, qui iure illo vti possunt. Sic Couarr. *eo num. 7. versio. igitur.*

15 Tertio nota, quòd Granatæ in pago, qui *Vega* dicitur, est regium edictum, quo prohibentur priuati domini nouellare, vt sit vberior, ac facilior pascuis animalibus, quæ ad eam urbem ducuntur pro publico carniuium victu, & maior frumentum copia. Sic Couarr. *dicto cap. 37. num. 4.*

16 Quartò nota, quòd hoc distat inter agnum, in quo quis habet ius pascendi absolute seruitute, vel alio titulo, & illum, in quo habet ius pascendi, vel iacola ciuii, vel habitator collectis frugibus: nam in primo casu non potest ager taliter coli, vt impediatur pascuis; in posteriori verò potest. Sic *Æpola* citatus in *7. conclus. & Couarr. dicto cap. 37. num. 4. initio.*

17 Quanto verò tempore possit præscribi, ne pascuis sit communis, & vt aliquod nemi sit proprium, consule Couarr. *dicto cap. 37. num. 8. & regula Possessor. 2. part. §. 3. num. 2. & 9. lib. 1. variat. cap. 17. num. 11.*

18 Secundum dubium fit, an casu quo licita est prohibitio syluarum, sciendentes ligna contra talem prohibitionem peccent, & teneantur restituere.

19 Hac in re certum est apud omnes Doctores, quòd quando sylua est totius communitatis, qui ciuii est, aut incola illius communitatis, si ligna cædat contra præscriptam legem, non tenetur restituere, nisi notabilem faciat stragem, sed tantum tenetur ad pœnam, cum damnatus fuerit: si autem

magnam faciat stragem, tenetur restituere damnatum communitati. Ratio, quoniam non est credendum communitatem eo rigore cum iis, quibus ligna sunt communia, velle vti, vt teneantur illa restituere, quando strages non est magna: immo ea lege suis ciuibus cœsetur ligna distribuere, vt qui capiatur, pœnas det, qui verò euasit, gratis sibi acquirit. Quòd autem teneatur restituere, quando facit notabilem stragem; ratio est, nam ea ligna sunt distribuenda toti communitati, & eius sunt propria: ergo qui talem stragem facit, sibi appropriando, vt notabiliter dampnificet communitatem, tenetur ipsi restituere; cum tantum sibi posset appropriare, vt pars illius communitatis, seruata debita proportione ad alias partes. Sic tenet Molina *tomo 1. de iustit. tract. 2. disp. 58. pag. 377.* Soto *lib. 4. de iustit. quæst. 6. art. 4. versio. dubium autem hic proprium.* Ledesim. *2. 4. q. 18. art. 3. fol. 259. pag. 3.* Aragon *2. 2. quæst. 62. art. 3. fol. 235. pag. 2. conclus. 2. & ibi Salon controuers. 3. conclus. 1.* Ludouic. Lopez *1. p. instruat. noni c. 149. fol. 337. conclus. 1. 2. 4.* Cord. *summa quæst. 71. Palacios lib. 2. de contract. cap. 9. sub finem.* Angles *floribus 2. p. materia de reuictus. quæst. de cadentibus ligna, fol. 235.* Manuel *tomo 1. summa, cap. 38. num. 3.* Bañes *2. 2. quæst. 62. art. 3. dub. 4.* & aliqui maxime docti recentiores.

Nota primò idem omnino esse dicendum, si sint duo oppida propinqua, quorum quoduis suam propriam habet syluam, mutuòque oppidani vnus oppidi soleant scindere ligna ex sylua alterius, excusantur enim scindentes à peccato mortali, & restitutione, nisi notabilem stragem faciant: sed tantum tenentur ad pœnam, si dampnent. Ratio, quia communitates ipsæ sola pœna videntur esse contentæ, reliqua verò esse volunt in mutuam compensationem. Sic P. Molina *ibi conclus. 4. pag. 378.* Soto, Ledesim, Salon, Ludouic, Lopez *ibi, Aragon ibi, conclus. 3.* Angles *ibi, Manuel ibi num. 5.* Cordub. *dict. quæst. 77.* & nonnulli docti Magistri.

Secundò nota dubium esse, an quando incòle non faciunt notabilem stragem in monte communi, vel quando duo oppida vicina habent syluas, & oppidani vnus soliti sunt cædere ligna ad inuicem ex sylua alterius, sicut diximus secundum omnes, nec peccare mortaliter, nec teneri restituere: an sit saltem peccatum veniale. Quidam dicunt esse veniale. Ratio, quia omnis lex iusta, etiam pœnalis, obligat ad culpam. Item, quia pœna infligi iuste nequit sine culpa: at transgressoribus iuste infligitur pœna; ergo. Sic tenet Aragon *2. 2. quæst. 62. art. 3. fol. 235. pag. 2. conclus. 2.* & clarè Molina *tomo 1. de iustit. tract. 2. disp. 58. pag. 377. conclus. 2. sine.* dicit enim, quòd in hoc casu iuste infligitur pœna, & quòd, vt iuste infligi possit, culpam supponit: & videtur tenere aliqui, quos infra agentes de venatione citabimus, afferentes venantes contra prohibitionem, aliquam contrahere culpam.

At verius est, non esse veniale, quia hæc non sunt propriè *lata*, sed potius quædam pacta conuentionalia distinctiua, vt scilicet non cendant, vel si cendant, sint obnoxij pœnæ post damnationem: sicut etiam regulæ D. Dominici non obligant transgressores ad culpam, sed ad pœnam. Sic tenet Salon *2. 2. quæst. 62. art. 3. controu. 3. conclus. 2. & 4.* Cord. *summa 9. 71.* Angles vbi citatus

tatus est *suprà*, & Soto & Ledesim. & Ludou. Lopez *ibi* citati clarè hoc significant: idem tenet Mercado *lib. 6. de contract. c. 16. fol. 201. pag. 2.* Medina *1. 2. q. 96. art. 4. fol. 877. ad 3.* & quidam docti recentiores.

23 Tertio nota, quòd quidam limitant, vt cædens ligna de talibus syluis non tenetur restituere, quando cædit ad proprios vnus: scilicet quando cædit ad vendendum. Sic Manuel *tomo 1. summa cap. 37. n. 2.* Perez *in proamio ordinam. g. 10.*

24 At verius est esse licitum etiam ad vendendum; quia quod diues accipit in vsum calefaciendi, hoc pauper accipit in vsum venditionis, vt inde vitam transgat: item, quia hoc cedit in vsum totius populi, cum non omnes possint adire syluam ad sciendendum. Sic tenent Salon *conclus. 1.* & Mercado *ubi supra* citati; & alij docti recentiori.

25 Quarto nota, quando dicitur magna strages ad hoc vt illam faciens sciendum ligna tenetur restituere: dicendum enim est in his statutis prohibentibus sciensionem lignorum & venationem, non esse attendendam grauitatem, vel leuitatem materiæ absolute, & in se iudicando, quantum talis res valet: quia res non sunt sub dominio alicuius de republica, sed sunt totius communitatis; quare attendendum est dampnum toti communitati illatum. Pro hac parte est Molina *tomo 1. de iust. tract. 2. disp. 58. fol. 377.* vbi dicit debere esse extraordinarium dampnum, & *pag. 378.* dicit hæc: *An dampnum datum non abile sit, arbitrio prudentis attendis omnibus circumstantijs est iudicandum: nam ubi sylua est modica, & admodum parua solet concedi facultas ad sciendam ea ex ligna, censetur minor quantitas, quam ubi sylua est vastissima, & facile concedi solet talia licentia.* Et Ledesim. *2. 4. q. 18. art. 3. fol. 259. pag. 3.* vbi hoc dampnum notabile his verbis explicat: *Quando insigne est nocumentum, unde alij incolis maiorem notabilem prouenit. Et eodem modo explicat Ludou. Lopez 1. p. instruat. noni. c. 149. conclus. 4. & Soto lib. 4. de iust. g. 6. art. 4. versio. Dubium autem hic proprium, dicit his verbis: Quando est insigne deperdatio. & Salon 2. 2. q. 62. art. 3. controu. 3. fol. 742. his verbis, Quando sic deuastat syluam; vt non maneant ligna alij incolis.* & Manuel *tom. 1. summa c. 38. num. 3.* his verbis: *Hoc relinquitur arbitrio prudentis, qui debet considerare magnitudinem montis, & quid similes persona ad vsus suos soleant sciendere.* Et P. D. Enriquez à me consultus Granatæ anno 1579. censuit sciendere vniam farcinam lignorum singulis diebus vnus vnus non esse peccatum, etiam si sciendens sit diues, & possit illam emere, dummodo non sciendantur arbores, sed rami; nec similitur esse peccatum duas sciendere farcinas singulis hebdomedis ad vendendum.

26 Vnde non est vnuerfaliter verum, quod ait Cord. *d. 9. 71.* esse notabilem quantitatem, quando cædit ligna grauiora ad fabricandas domos: sed dicendum est, quòd si sylua est lata, & patens, & respublika solet conuiuere suis ciuibus, vt accipiant ad fabricandas domos necessarias, non superbas, non reputatur *notabilis* quantitas; scilicet si sylua sit modica. Sic Ludou. Lopez proxime citatus *d. c. 149. conclus. 3. & 4.*

27 Quintò nota, quòd quando oppidanus facit dampnum notabile in sylua communi, & sic tenetur restituere, non tenetur integrè, quia partem poterat cædere, sed incrementum damni *suprà* id, quod poterat sciendere, tenetur restituere. Sic P. Molina *1. tomo de iust. tract. 2. disp. 58. conclus. 3.* Cord. *summa 9. 71.* Manuel *1. tomo summa, c. 38. num. 4.* Addit P. Molina; *non esse restituendam quantum valent ligna iam scissa, & asportata; sed quantum valent in ipsa sylua, antequam sciendantur: si tamen dampnum illatum longe maius sit, quam valor lignorum casorum, & asportatorum, eo quòd noua plantata scissa sint, aut aliqua alia ratione, tunc in restitutione faciendâ ad latitudinem damni dati est respiciendum, non verò ad lignorum casorum valorem.* Hæc P. Molina.

Sextò nota quòd aliqui limitant, quòd dans dampnum notabile in sylua communi, tenetur restituere, nisi id completet pœna pecuniaria, quam soluit, quæ scilicet æqualis est damno. Sic Cord. *summa 9. 71.* Ludou. Lopez *d. cap. 149. conclus. 4.* Sed hoc intelligi debet, quando communitas læsa sola pœna contenta est, quia scilicet à tali inferente dampnum solam pœnam exigit, aliàs vltra pœnam tenetur dampnum restituere: vt in quibus vnus aliis delictis contingit, maxime cum pœna non cedat in commodum communitatis, sed pars sit iudici, & pars denunciatori. Sic colligitur ex P. Molina *dicta disp. 58. conclus. 3.* vbi in eo solo casu excusatur hunc à damni restitutione, quando communitas sola pœnæ solutione contenta est.

Septimò nota, quòd vsus pascuorum, lignorum, & terminorum syluæ communis debet esse pro indigentia cuiuscumque vicini, taliter quòd vsus communis fit pauperi vt pauperi, diuiti vt diuiti. Ita probatur l. 9. *tit. 28. part. 3. ibi, Tambien à los pobres, como à los ricos.* & tenent multi, quos refert ac sequitur Auendaño *c. 4. Prator. n. 25. versio. Istud autem.* Burgos *1. p. l. 3. Tauri n. 59.* Greg. Lopez *ea l. 9. versio. Como à los.* Quòd tamen intelligi, quando vnus pascuorij, & terminorum sufficeret omnibus, si enim non sat esset, non licebit diuitibus pro eorũ indigentia: sed ita vt alijs præiudicium non fiat; & ita possent pauperes adire iudicem, vt taxet diuitibus numerum pecorum, ita quòd omnes possint vti pascuis, & non diuites cum iniuria aliorum. Sic Greg. Lopez *ibi*, Burgos *ibi n. 509.* vbi textus, & alios Doctores referunt.

Quis verò dicatur incola oppidi, vt possit frui sylua communi, dicam *infra* sub hoc eodem dubio. At dubium est potissimum, quando sylua est *3* prorsus aliena, quia scilicet est alterius oppidi non vicini, vel si vicini, non participant mutuo vicini ligna vtriusque oppidi syluæ; quia forsitan aliud oppidum syluam non habet, vel sylua est alicuius priuati, an sciendens ligna ex tali sylua, peccet mortaliter, & tenetur restituere. Duplex est sententia. Prima dicit teneri restituere: ratio, quia res *3* illa est aliena, potest enim dominus vendere, vel locare scissionem arborum, & pascuis illius agri, quod vtrique non possit, nisi esset dominus. Quòd si opponas, quòd venas ex nemore alieni domini ipso inuito, quando industria humana nõ est circumdatã, non tenetur restituere; ergo nec cædens ligna. Respondetur diuersam esse rationem, quia cum feræ nemoris illius liberæ sint ad egrediendum, sub nullius sunt dominio; at arborum, &

herbarum, cum firmas radices habeant in solo, eo quod quis est dominus folii, habet dominium, vt bene probat P. Molina tom. 1. de iust. tra. 2. disp. 57. fol. 375. & disp. 59. fol. 385. Couar. & Nauarra ubi infra. Hanc tenent Soto lib. 4. de iust. g. 6. art. 4. vers. Dubium autem. Ledesm. 2. 4. g. 18. art. 3. fol. 259. pag. 3. Aragon 2. 2. g. 62. art. 3. fol. 256. pag. 1. conclus. 4. Angles floribus 2. p. materia de reftit. g. de cadentibus ligna, fol. 236. Cord. summa g. 71. Ludou. Lopez 1. p. instruat. noui. c. 149. fol. 338. & addit idem esse, quando pertinet ad propria ciuitatis nemus, & non ad communia, Palacios lib. 3. de contrati. c. 9. fol. 165. pag. 1. Metina C. de reftituo. q. 12. §. effrauen dubitatio, in fine. Caltro lib. 6. de contrati. c. 16. fol. 202. pag. 1. Auendaño C. Pratorum, lib. 1. c. 4. num. 28. initio, & vers. sed mihi aliter. Manuel tomo 1. summa c. 38. n. 2. Perez proemio ordinam. g. 10. P. Molina tom. 1. de iust. tra. 2. disp. 58. pag. 378. & sequenti. facit Couar. quast. pract. c. 37. num. 2. vbi late probat dominum folii habere dominium herbarum, & lignorum: & facit etiam Nauarra lib. 3. de reftit. c. 1. n. 300. vbi dicit non esse eandem rationem de feris nutritis in nemore, & de herba, & lignis, quia hi fructus iam sunt apprehensi, & appropriati, quod de feris liberis secus est dicendum.

33 Nota primò, quod aliqui ex his Doctoribus limitant hanc sententiam, nisi ex præsumpta voluntate domini colligatur nolle restitutionem, sed sola pœna contentum esse: quod ex vsu deprehenditur. Vnde si quando aliquis deprehenditur, solum solet exigi ab eo pœna, non verò aliquid vltius pro damno dato, & is nihil amplius pro damno tenetur restituere. Sic Metina, Ludou. Lopez, P. Molina ibi pag. 379. Soto, Ledesm. ibi. Addit P. Molina, quod si non deprehendatur, tenetur restituere damnum; nisi præsumptio sit opposita voluntati domini; at cessare hæc obligatio, quando dominus sciret, qui cædant ligna, & tamen sustineret, vel saltem damnum nullum exigeret, esto grauiter queratur, & minas iactet.

34 Secundò nota, quod hæc sententia idem omnino dici de pascente sua pecora in pascuis vitæ, quod de sciendentes ligna: vnde tenet, quod qui communiatas loca sibi cum aliis ad pastum communia depascit contra prohibitionem, non tenetur restituere, sed tantum ad pœnam, si damnetur; nisi damnum valde notabile inferat: & idem si qui sunt ex vicinis oppidis, mutuo depascere soleant communia oppidorum pascua: at si aliena sint pascua, tenetur pascens restituere, & peccat mortaliter: & probant Doctores huius sententia iisdem rationibus. Sic P. Molina ibi dispus. 59. conclus. 2. & 6. Sotus & Ledesm. ibidem. Ludou. Lopez d. c. 149. sine. Angles ibi fol. 236. Metina illo §. est tamen dubitatio, in fine. Caltro, & Auendaño ibi.

35 Secunda sententia satis probabilis (licet prima probabilior sit) tenet cadentem ligna ex tali nemore proprio alicuius communitatis, vel priuati, quando ab ipso non est plantatum, vel à suis maioribus, nec peccare, nec teneri restituere, nisi magnam stragem faciat, sed tantum ad pœnam post iudicis sententiam; sicut diximus de cadentibus ligna ex sylua communi. Probatur primò, quia nec Rex, nec respublica transferens

syluam in illum priuatum, dedit illi maius ius, quam ipse Rex, vel respublica habeat; at quando sylua erat communiatas, cadentes tantum tenebantur ad pœnam: ergo. Secundò, quia si à principio, quado facta est diuisio, & appropriatio rerum, facta esset sub hac conditione, vt si aliquis caderet ligna in prædictis syluis, non teneretur restituere; sed tantum ad pœnam post sententiam iudicis, proculdubio haberet verum hæc sententia, ac talis conditio videtur appofita à principio diuisionis rerum, vel postea, vt patet ex vsu. nam (vt dicit Nau. ubi infra) consuetudo ferè vbique terrarum est, vt id liceat absque peccato, & restitutione cū obligatione subaudi pœnâ, si deprehendantur. Et P. Molina autor contrariæ sententia disp. 58. pag. 379. fatetur regulariter cadentes solum damnari ad pœnam, non autem ad restitutionem damni; ergo. Nec obstat quod dominus possit vendere licentiam pastendi, & cadendi ligna, quia vendit, vel locat ius quod habet, nempe, quod impune id possint facere, sicut etiam potest vendere ius venandi in suo fundo non circumdato, cum tamen secundum omnes non sit dominus ferarum. Sic tenent Nau. in tract. de lege pœnali, qui habetur in fine consiliorum antiquorum Nauarri à num. 35. vsque ad 40. Salon 2. 2. g. 62. art. 3. fol. 747. & sequenti. Bañes dub. 4. Enriquez lib. 7. de indulg. cap. 35. num. 7. iuncto commento litera C. & nonnulli docti recentiores magistri.

Hanc sententiam limita, nisi nemus humana industria esset circumdato, tunc enim sciendens ex eo ligna tenetur restituere: quod certissimum est. nam feras in tali nemore tenetur secundum omnes restituere, & tamen censetur minus dominium habere in feras, quam in arboribus: & sic fatetur Salon ibi fol. 748. concl. 4. & 749. concl. vltima, & 750. vers. eodem modo. & tanquam certum ponit Palacios lib. 2. de contrati. c. 9. fol. 162. pag. 2. vers. Prima sit conclusio. Bañes, & Enriquez ibi, & nonnulli docti iuniores.

Secundò nota, idem quod dictum est in hac secunda sententia de sciendentes ligna in nemore alieni domini non circumdato, scilicet non peccare, nec teneri restituere, nisi magnam stragem faciat, dicendum est de intromittente pecora ad pascendum in prata non circumdata alicuius communitatis, vel priuati: patet iisdem rationibus, & tenent Nau. Salon conclus. vltima fol. 749. Bañes ibi, & docti neoterici.

Tertiò nota, idem omnino esse de fructibus arborum syluestrium: vbi enim licet sine peccato, & obligatione restituendi cædere ligna, licet bit à fortiori colligere hos fructus, vt glandes, &c. quia eadem militat ratio, immo maioris pretij sunt ipsa ligna. Sic Salon ibi conclus. 3. fol. 749. Bañes ibi, & nonnulli docti iuniores magistri. Tertium dubium sit, an domini oppidorum possint frui pascuis communitatis, cuiusque sylua, sciendentes ex ea ligna ad suos vfus quotidianos, ac intromittendo sua pecora in pascua communiatas.

Sit primò conclusio: dominus alicuius oppidi, villæ, & castri habens in eo iurisdictionem etiam ciuilem, & criminalem, nullum habet ex hoc iure dominium in pascuis, & nemoribus publicis illius: sed hæc pertinent ad vniversitatem, & sub eius dominio censentur. Sic multas leges,

leges, & multos Doctores allegans tenet Couar. quast. pract. cap. 37. num. 1. Molina tomo 1. de iust. tra. 2. disp. 59. pag. 382. 383. Valascus late probans, de iure empiryotico, g. 8. num. 40. per plures, Palacios lib. 2. de contrati. cap. 9. prope finem fol. 165. vnde (inquit) dominus emens à Rege hæc oppida, non emit eo ipso hæc communia oppidi bona, sed iurisdictionem, & tributa Regi debita.

Secunda conclusio: si dominus non sit incolæ, seu habitator oppidi, cuius dominium habet, non potest frui pascuis, vel sylua illius oppidi, sicut nec alij extranei. Ratio, quia hæc ad habitatores tantum pertinent; non ad originarios; si alibi domicilium habent; vt patet ex l. 9. tit. 28. part. 3. Ca. rædo homo, que fuerit morador, pudes usar de rædas est as casus dichas. & tenet ibi Greg. Lopez versio. Como à los. Nec potest (inquit Greg. Lopez) dicere contra regulas iuris communis se in pluribus locis habere domicilium, cum ibi non se equaliter collect. Nec obstat quod dicitur glossa, & in Molæ c. omnes Principes, de maior. & obediens. quod scilicet, Principes dicuntur habere tot domicilia, quot terras habent ad eorum translationem paratas, licet in vna parte habeant principalis domicilium; quia loquuntur alij respectibus. & non in tamenibus commodum, in his enim inspicendus est locus, vbi inhabitant, & principalem larem habent, vt ibi declarat Innocentius. Hæc Gregorius Lopez, & idem quod scilicet requiritur ibi habitare, tenent etiam Auendaño lib. 1. Pratorum, c. 4. n. 25. Cou. questio. pract. c. 37. num. 1. Manuel tomo 1. summa cap. 38. n. 4. Cord. summa g. 118. Ludou. Lopez 1. p. instruat. noui. c. 150. Burgos de Paz relatè ad vtramque partem disputata 1. p. legis 3. Tauri à num. 432. tenent hoc n. 492. 509. 510. quod ampliat Greg. Lopez ibi, & Burgos ibi n. 492. licet monasterium, vel Ecclesia habeat dominium talis loci, tantum enim habet ius cuius vbi est situata, & refert Greg. Lopez ibi ad hoc Bartolum.

Limita conclusionem, nisi domini à tempore immemorabili vbi fuerint pascuis, nemoribus ac montibus suorum oppidorum, licet in illis non inhabitent; & hoc in terris, in quibus ea consuetudo inualuit, & non in alijs; Burgos alios referens ibi num. 493. 509. 510. vbi addit consuetudinem hanc nouissimis plerisque sententis iam esse intermissam.

Hinc fit, quod incolæ, seu habitator ad hunc effectum vt possit frui pascuis, & sylua oppidi, dicitur qui cum familia inibi habitat focum ibi faciens, & omnia alia que incolæ ibi facere consueverunt, l. 1. §. habitare. ff. de his qui dicunt. Baldus multos referens, quem refert, ac sequitur Burgos ibi n. 464. 465. 466.

Nota primò, non fas esse, vt dicatur incolæ, esse originarium loci, nisi ibi habitet, vt probauit supra hoc tertio dubio. §. secunda conclusio. Nec quod habeatur, ac si esset vicinus, hoc enim operabitur alios effectus: at licet actu non commoretur, si tamen habeat ibi suum domicilium cum omnibus bonis suis, morari videbitur, & vt incolæ reputabitur; vt bene Bart. l. 1. §. 1. n. 7. ff. de lib. agnosc. Hæc Auendaño lib. 1. Pratorum, c. 4. num. 25. in nouiter superadditis.

Secundò nota, quod incolarum dominus hac in re non est summendum late propter damnum, quod veris habitatoribus imminet. Sic Couar. quast. pract. cap. 37. num. 1.

An verò si vicinus eximitur à ciuitate quoad iurisdictionem, & subicitur alicui domino, vel coronæ regie, possit vt i pascuis, & communi nemore ciuitatis, & habere officia solita distribuunt inter ciues, consule Couar. dicto cap. 37. n. 7.

Tertia conclusio. Talis dominus si habitet in suo oppido, potest vt i pascuis publicis, & nemore oppidi vt habitator & incolæ illius loci: patet, quia non debet esse peioris conditionis, quam alij incolæ. Sic Cou. eo cap. 37. n. 1. P. Molina ea dispus. 59. conclus. 3. & 4. Manuel. Cord. Ludouic. Lopez, Greg. Lopez, Auendaño, Burgos n. 507. 508. citati in secunda conclus. Palacios lib. 2. de contrati. c. 9. prope finem.

At dubium est, an possit vt i pascuis, & nemore communi, vt quilibet priuatus cuius, vel pro sua indigentia. P. Molina illa dispus. 59. conclus. 3. & 4. dicit, quod potest vt in suo gradu, & ordine, ita vt non excedat proportionalem cum alijs de populo æqualitatem, id est, vt non multum excedat alios in vsu pascuorum, & sylua. Couar. eo cap. 37. n. 1. sic dicit; Potest vt eo numero pascendum, qui sit arbitrio boni viri moderatas iuxta territorij, & pascuorum qualitatem, ita vt maxime attendenda sit hac in re vicinorum aliorum lætio. Manuel. Cord. Ludou. Lopez citati in secunda conclusione, dicunt posse vt iuxta suam indigentiam.

At apud prætoria Hispana ex forensi vsu receptum est, posse dominum tot propria animalia in pascua intromittere, quot possint duo vicini, quibus lege, vel moribus plura immittere libebit. Sic Manuel 1. tomo c. 20. n. 1. Couar. ibi, Ludou. Lopez, Cord. Greg. Lopez vbi citati sunt in secunda conclusione, & Palacios lib. 2. de contrati. c. 9. dicit post longam litem sic decimum esse sententia. Et P. Molina d. disp. 59. conclus. 3. limitans cum Greg. Lopez l. 9. tit. 28. part. 3. vers. como, in fine, & Auendaño lib. 1. Pratorum, c. 4. num. 25. vers. immo etiam, quando spectatis cæteris circumstantiis non sequitur inde notabile grauiamen populo, quale esset pascua pecoribus comunicatis non sufficere, si domino concedatur duplum pecorum immittere, tunc enim minuereteneretur numerum, vt omnibus de populo sufficere.

At Burgos de Paz 1. p. legis 3. Tauri n. 507. 508. 509. licet fateatur hanc praxim, censet tamen verius esse pro eorum dominorum indigentia posse vt i pascuis, & sylua communi: tum quia (vt diximus) generale est, quod quilibet pro sua indigentia possit vt i: tum etiam, quia minus concederetur dominis quam eorum vassallis, quia proportionaliter cuiuslibet vassallo plus est vnica portio, quam domino due: at num. 509. dicit hoc faciendum esse sine iniuria aliorum: nam si non fat essent domino, & alijs, non pro sua indigentia possent vt i, sed taliter vt alijs non fieret iniuria.

Quarta conclusio: si dominus oppidi in pascuis communitas, vel sylua populi communi damnum notabile dederit, tenetur restituere, non secus, ac de quolibet priuato diximus. Sic Manuel. Cord. Ludou. Lopez citati in secunda conclusione. P. Molina d. dispus. 59. conclus. 5. vbi addit, non excusari si communitas non petat, quia non audet: nec ex eo quod remittat, nisi remisso sit omnino libera; hoc idem Manuel 2. tomo, cap. 20. n. 1.

52 Hinc fit, quòd si dominus oppidi depascat loca deputata pecoribus eius, cum quo contractus est initus, ut certo pretio carnes necessarias populo vendat, qui ob hoc obligatus est ad id, huic faciendū est restitutio: si verò quia ille experimento didicidit dominum oppidi pascere ea pascua sibi peculiari pacto ascripta, ea de causa sequentibus annis pretium carnum auxit, sanè dominus oppidi restituere tenetur oppidanis damnum illius incrementi: & si ob id, quòd ea pascua occupat, quæ locanda erant ad sumptus aliquos publicos, in causa sit, ut vel minori pretio, vel nullo locentur, tenetur id damnum communitati restituere: quòd si consueto pretio essent locata, damnum restitui debet ei, qui habet illa conducta: quòd si ob id damnum aliis oppidanis inferat, vel lucri cessantis, vel damni emergentis, id totum vicique eorum restituere tenetur; nisi remissione omnino libera remittatur. Hæc P. Molina *en dispus. 9. conclus. 5.* Manuel 2. *tomo c. 10. n. 1.* dicit etiam quòd in hoc casu tenetur restituere.

53 Vltima conclusio: si dominus oppidi suis pecoribus damnum inferat priuatorum prædii, tenetur totum restituere, esto ipse non sit in culpa, sed pastores, vel quando nulla est culpa, tradere pecora: potest tamen cogere pastores, qui fuerunt in culpa, ut restituat; at ipsis non restituentibus, tenetur dominus. Patet, quia ad hoc quilibet priuatus tenetur, quia tamen oppidani sepe, ne dominum infestum habeant, aut ex verrecundia non audent de his damnis conquiri, & cum illo ex postulare, eaque exigere, tenetur domini in suis locis, cum verisimile est sua pecora damnum dare, id diligenter inquirere, vel ex pastore ipsi iurciurando interposito, vel promulgatione in Ecclesiis oppidi facta, ut qui damnum aliquod fuerit passus, illud parrocho detegat, aut alteri, ut ipsi integrè soluat. Sic P. Molina *d. disp. 59. conclus. 5.* Ludouic. Lopez, & Cord. vbi in secunda conclus. citati sunt.

DVBIVM II.

An iudex, cui custodes agri aliquod damnum denunciatur, si id ille notificari non facit parti damnificata, ut sibi satisfieri exposcat, sed solum damnat ad penam, tenebitur compensare parti damnum, vel hoc illi notificari facere, ut satisfactionem petat.

1 Quid non teneatur facit, quia iudex argui nequit de negligentia, nisi fuerit requisitus à parte, ut bene Matienzo *lib. 5. recopil. tit. 7. l. 10. glof. 12. n. 2.* & multos referens Auiles *c. 1. Prætor glof. fel. n. 43.* & expressè colligitur ex *l. ut fundus, ff. communi diuidendo*, vbi sic dicitur: *ut fundus hereditarius fundo non hereditario seruiat, arbiſter disponere non potest, quia vltra id, quod in iudicium adductum est, excedere potestas iudicis non potest.* Item facit, quia officium iudicis non procedit sine partis petitione, *l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damno infecto*, adeò, ut si iudex aliquid debeat facere, intelligitur, si à parte petatur, vti laicillimè multis citatis profequitur Gratian. *regula 39.* ergo cum pars huic nihil petat, ad nihil tenetur iudex.

DVBIVM III.

An teneatur dominus de damno dato per proprium seruum, vel per propria animalia citra omnem domini culpam.

1 Spponendum est quid iure statutum sit in hoc, est enim statutum, quòd si culpa domini animal damnum dedit, tenetur dominus totum damnum resarcire; & similiter, quando seruus culpa domini damnum dederit, tenetur dominus totum damnum resarcire: quando verò sine culpa domini, tenetur dominus dare animal, vel seruum, vel soluere damnum; ita quòd in hoc casu licet damnum sit multo maius, satisfaciatur dominus, qui in nulla fuit culpa tradendo animal, vel seruum: & hæc appellatur actio pauperietis; quando verò interuenit culpa, dicitur actio noxalis. Sic expressè de seruo disponitur, quando furatur, vel quoduis aliud damnum dat, *Instit. de noxal. actiõ. §. 1. & l. si seruus. C. de noxal. actiõ. & l. 2. ff. de noxal. & l. 4. tit. 13. part. 7. & l. 5. tit. 15. part. 7.* De damno autem dato per animalia habetur *c. finali, de iniur. & damno dato, & Instit. si quadrupes pauper. scilicet dicitur. §. 1. & l. 1. ff. eodem tit. §. 1.* vbi expressè dicit idem esse, siue quadrupes corpore suo, siue media alia re, quam tetigit, damnum inferat, ut si claustrum bos obtriuat alium, & ponitur ibi exemplum culpæ hominis, vel soluere damnum, videatur ponere exemplum, quando dominus est in culpa, exemplum enim est, ut si equus calcitrosus calce petierit, vel bos conuropetere solitus, &c. at reuera ibi loquitur lex, quando dominus in nulla est culpa, quia talis equus, & bos damnum dant contra naturam, & consuetudinem sui generis, licet sua consuetudo talis sit, ut bene explicat Rosel. *reſtitutio 13. n. 11.* & clarè constat ex lege illa, quia postea subdit, *quòd si propter loci iniquitatem*; vbi, ut explicui, agit, quando interuenit culpa hominis. Qualis autem culpa domini debeat esse, ut teneatur soluere integrum damnum, dic, quòd eadem, quæ requiritur, ut damnificantes alij teneantur, nempe lata culpa, vt bene Nauarra *lib. 2. de restitut. cap. 1. n. 65. fol. 40.*

2 Hinc venit intelligendum *c. si bus, de iniur. & damno dato*, vbi dicitur, quòd si meus bos occidit alienum, teneo dare bouem æquivalentem viuo, & capiam mihi cadaver: hoc enim intelligitur, quando dominus fuit in culpa, ut patet ex textu, vbi ponderatur, quòd erat cornueta ab heri, & nudius tertius, & dominus non custodiuit: & sic explicat glossa *ibi, vers. Non custodiuit, & Panor. ibi. Sylu. restitutio 3. g. 4. Rosel restitutio 13. n. 11.* quare si dominus non fuit in culpa, satisfaciatur reddendo bouem, qui læsit, vel soluendo damnum, iuxta dicta. Sic Sylu. Rosel. & Panor. *ibi.*

3 Hoc ergo supposito, dubium grauat, an dispositio hæc iuris canonici, & ciuilis, aſſum habeat locum in foro externo, & præſertim iudicis sententia, vel etiam in foro conscientie ante omnem sententiam, id est, an dominus serui, vel

animalis damnificantis absque culpa domini, teneatur in foro conscientie, vel soluere damni æſtimationem, vel tradere animal, aut seruum, si apud ipsum sit, pro damno illo: nam quando dominus fuit in culpa, quòd teneatur in foro conscientie ad damnum, certum est apud omnes.

Duplex est sententia.

Prima docet hoc non habere locum in foro conscientie, sed tantum dari actionem in foro externo aduersus dominum animalis, aut serui, & sic ad nihil tenebitur, donec condemnetur. Probatum primò, quia talis dominus non tenetur ratione iniustæ acceptiõis, ut patet, cum omni culpa vacarit, nec ratione rei acceptæ, cum nihil alienum habeat, nec ex re aliena factus sit locupletior; ergo non tenetur restituere. Secundò, quia non est maior ratio de rebus inanimatis, quàm de sensibilibus animalibus, cum vtraque sint profusulæ culpæ expertia, & incapacia, & vtraque quiddam acquirunt, domino acquirunt, ut patet de domo locata: & tamen si insensibilia citra culpam domini damnificent, ut si domus corruens perimat hominem, dominus ad nihil tenetur; ergo. Et confirmatur, quia etiam filiusfamilias acquirit patri, & religiosus religioni, & tamen pater non tenetur de damno dato per filium, ut habetur *Instit. de noxal. §. finali, & l. 5. tit. 13. part. 7.* & tamen Sylu. *reſtitutio 2. vers. 16.* tenet, nec religio tenetur de damno dato per religiosum. Ergo licet seruus, & animal acquirant domino, non tenetur dominus de damno illato per illa. Tertio, quia iniustum videtur punire dominum in re sua, nempe, ut teneatur perdere animal, vel seruum suum, cum omnino inculpatus sit. Quarto, quia D. August. *ad Publicolam* inquit, Abit, ut ea, quæ propter bonum, aut licitum habemus, si quid per hæc contra nostram voluntatem cuique mali contigerit, nobis impuetur: aut ideo non debent boues Christiani habere cornua, &c. Hanc tenent Angles *floribus 2. p. materia de restitut. fol. 163.* & aliqui docti Lusitani Societatis Iesu, dicentes esse leges penales. Nauarra *lib. 2. de restitut. c. 1. a. n. 35. fol. 30. vsque ad mem. 42. fol. 33.* Vega *lib. 1. summa casu 213.* Enriquez *lib. 13. de excomm. c. 17. in commento. sine Rosel. restitutio 13. n. 15.* vbi dicit, quòd hæc actio pauperietis procedit tantum in foro externo, quia in foro conscientie tantum tenetur dominus, quando est in dolo, vel lata culpa: & videtur tenere Ang. *reſtitutio. 1. §. quid de tenebris columbas*, vbi dicit dominum columbarij debetè pascitcentem columbas non teneri de damno per illas illato. Et videtur tenere Sylu. *reſtitutio 2. §. 17.* nam postquam dixerat dominum, qui est in culpa, teneri de damno; quando verò vacat culpa, teneri damnum rescire, vel tradere animal, subdit hæc. *Sed in foro conscientie non tenetur quis in huiusmodi, nisi de dolo, & lata culpa.* Sed reuera non est huius sententia Sylu. sed hoc dictum correspondet iis, quæ præmiserat, nempe de qua culpa teneatur damnificans culpa sua; vt proficiens regulam, &c. Et quia retulerat aliquos dicentes teneri de leuissima, subdit id posse esse verum in foro externo, at in foro conscientie tantum tenetur de dolo, & lata culpa. Et patet hoc, quia postea *verb. restitutio 3. g. 4.* repetit damnificantem per seruos, vel animalia inculpate teneri

ad damnum, vel tradere seruum, aut animal. Et ibi dicitur §. tenet contra Angelum, quod dominus debet pascens suas columbas, tenetur de damno pro illas illato, vel tradere columbas, licet in nulla sit culpa.

5 Secunda sententia docet has leges obligare in conscientia ante iudicis sententiam, & sic teneri dominum dare animal, aut seruum, vel soluere damni affirmationem. Quae sententia, vt simul probetur, & explicetur, oportet notare aliqua, vt sciatur cui fundamento innittantur leges hoc disponentes.

6 Primò ergo nota has leges hypothecare, seu obligare seruum, vel animal illud pro noxa, & sic manet realiter obligatum, vt constat ex l. i. ff. si quadrupes paup. fec. dicitur. §. & cum etiam, vbi dicitur, quod hæc actio pauperiei sequitur ipsam animal damnicans: quare si transleat in tertium possessorem, aduersus illum datur hæc actio ratione animalis, quod possidet. Et clariùs Insit. de noxalibus, §. omnis autem, vbi hæc verba habentur: *omnis autem noxalis actio caput sequitur, nam si seruus tuus noxian commiserit, quando in tua potestate sit, tecum est actio: si autem in alterius potestate sit, cum illo incipit actio esse, ut si manus missus fuerit, ipse tenetur, & extinguitur noxa deditio.* Hæc ibi, ece quam clarè sit hæc hypotheca.

7 Hinc fit, quòd si fera, quæ mea existens damnum dedit, iam euasit, cum deserim esse dominus illius, & ratione rei possessæ tantum tenebar, ad nil teneor, quando me inculpato damnificauerat. Sic habetur Insit. si quadrupes. §. i. & l. i. ff. eodem tit.

8 Hinc secundo fit non teneri dominum quære seruum, vel animal, si fugerit, & in læsi potestatem mittere, sed fat est, si animal, vel seruum deserat, vt ex eo læsus reparationem accipiat; secus contra si apud se detineret. Sic Nauarra lib. 2. de restit. c. 1. num. 35. fol. 30. Vega lib. 5. summa casu 213.

9 Secundo nota has leges fundari in culpa facta animalis, licet enim incapax veræ culpæ sit, at fingit in eo ius culpam, quando scilicet animal sua sponte, & non infligatum ab alio damnum dat: quo casu, si veræ culpæ capax esset, veram culpam contraheret, & sic in eo ponit, seu fingit ius culpam, quæ culpa facta in causa est, vt maneat obligatum, seu hypothecatum animal pro eo damno. Probat, quia quoties aliter est in culpa, quòd animal hoc damnum inferat, ad nil tenetur dominus animalis, sed qui causam dampni dedit, vt expressè habetur l. i. ff. si quadrupes pauper. vbi dicitur lex quòd si equus dolore concitatus (id est, ab aliquo alio, vt dicit ibi glossa, vers. concitatus) caleo perierit (glossa vers. percussor, inquit, & sic culpa est in homine) cessabit hæc actio, & tenetur is, qui equum percussor; & si infligatur alterius fera damnum dedit, cessabit hæc actio: & si canis cum duceretur per viam, sua feritate euaserit, & damnificarit, si contineri firmius à ducente potuit, vel per eum locum non duci debuit, cessabit hæc actio, & tenetur qui canem ducebat: secus si cum equum permulserit quis, vel calcatus est, calcæ eum percussor, quia tunc erit actionis locus, vbi glossa vers. permulserit, ait, quia hæc non est culpa permulcentis, vel palpatantis. Hæc illa lex, in qua clarè, quando alter est in culpa, excusatur animal à cul-

pa facta, & per consequens etiam dominus animalis. Et tenet ibi glossa, vers. inuaria. Idem Host. summa tit. de pauperie, num. 3. immo quando animal tuum incitauit meum, & læsi meum me, vel alium, læsus potest agere contra te, quia tuum animal fuit in culpa. Sic habetur expressè l. i. & tenet Rosell. restitutio 13, num. 12. Speculator 4. p. tit. de iniurijs, §. 2. num. 14. Item quia ob id, quando quoddam animal alterum aggreditur, si pereat aggreddens, ad nil tenetur dominus aggreffi, vt disponitur eadem l. i. vers. cum ardetes, quia dominus aggreffi ad nil tenetur, eo quòd culpa fuit aggreddentis, & suum animal aggreffi vacuum culpa. Immo stante dubio, quòd aggreffi fuerit, neuter dominus ad damnum, nec ad dandum animal tenetur. l. scientiam, §. cum stramenta, ff. ad legem Aquilam; vt docent gloss. d. l. i. vers. sibi Panorm. c. s. bos, de iniur. & danno dato, & ibi glossa, vers. redder. Sylu. restitutio 3, q. 4. Rosell. restitutio, 13, num. 11. Abul. c. 21. Exodi, sine. Ioan. Andr. addit. ad Speculatorem 4. p. tit. de iniurijs, §. 2. n. 13. vers. & vtraque. Item quia hoc etiam colligitur ex l. 6, tit. 15. p. 7. vbi dicitur, quòd si quoddam agitante equum per loca consueti (scilicet cursui) aliquis transierit, & casu contra intentionem equitantis, & hic interficeret ab equo, ad nil tenetur equitans, vel dominus equi; secus quando per locum inconfuetum, per quem multi solebant transire, addit lex 5. tit. 8. part. 7. si aliquo corri esse cayallo en lugar que no fuisse à costumbrado para correr le, y no a percibiesen los omes, que se guardasse, &c. (quod intelligi debere præuenire oportune, vt bene Gregor. Lopez ibi vers. a percibiesen.) tunc teneri; & l. 13, tit. 23. lib. 8. noue recopilacion. dicit, quòd si in loco deserto agitare equum, non tenetur: si verò in via publica cum sonalibus, similiter non tenetur; secus si sine illis, quando enim affert sonalia, iam est culpa transfretus.

Hinc fit, quòd si animal naturaliter damnum dedit, vt si corruerit, & necauit hominem, vel seruum omnino inculpate, dominus ad nihil tenetur, quia illa non est actio serui, nec actio animalis, & sic cessat culpa facta, & est prorsus ac si lignum cõrueret, & patet, quia ferus, si esset liber, in hoc casu ad nil tenetur. Hoc patet ex omniibus §. præcedenti adductis, & doctus recentior Iurisperitus, quem ego consului, dixit esse certum.

His suppositis, probatur hæc sententia secunda, quia quando lex non est pœnalis, sed dispositiua, obligat in conscientia ante sententiam, sed huiusmodi est hæc, quia nulla hic interuenit culpa domini, vt propter illam pena sibi imponatur in re sua; ergo. Et confirmatur, quia s. finali, de iniurijs, dicitur, si animal absque tua culpa damnificarit, teneris dare animal, vel ad damnum: ergo manifestè est lex dispositiua, & obligans in foro conscientie. Secundo, quia vbi sententia iudicis non innittitur falsæ presumptioni, nec est in pœnam delicti damnans, idem prorsus dicendum est in foro conscientie, quòd iudicaret iudex in foro externo, vt probauit lib. 1. in præcepta Decalogi c. 10. n. 11. & 13. Sed hic cognita est veritate, & non in pœnam, vt probauit, d. & arguet ad soluendum damnum, vel ad tradendum animal; ergo. Patet maior ex his, quæ ibidem diximus, & quia aliis talis sententia iudicis

iudicis esset iniusta. Tertio, quia tales dispositiones sunt valde rationi naturali conformes, quia cum animal, vel seruus non sint sui iuris, sed totum, quod sunt, domini sunt, iuste leges disponentur, vt sicut omnis utilitas eius domini est, ita etiam & damnus domini sit; & pro eo subicitur hypotheca, seu obligationi animal, & seruus: nam qui sentit commodum, debet sentire & onus. reg. qui sentit, de reg. iur. in 6. & hæc sententiam videtur expressè tenere multi Doctores, qui absolute dicunt teneri dare animal, vel seruum, aut damnum soluere. Sic Speculator 4. part. tit. de iniur. §. 2. num. 12. Panorm. cap. s. bos, num. 1. & cap. finali, num. 3. de iniurijs, & danno dato, gloss. d. cap. s. bos, sine. Angel. restitutio 1. §. ladens proximum, Paludan. 4. dist. 35. quest. 2. art. 2. sine, num. 15. Gabr. 4. dist. 15. quest. 14. art. 3. dub. 2. & quest. 15. art. 3. dub. 2. Platea tract. de restit. part. 1. §. 90. Syluest. restitutio 3, quest. 4. atque hæc eandem sententiam tenet expressè Nauarra. Lat. noua cap. 15. num. 27. quæ etiam est sententia multorum grauium, tum Theologorum, tum Canonistarum Doctorem recentiorum.

12 Sit conclusio, licet prior sententia probabilis fitat posterior est multo probabilior; & sic qui tenuerit priorem sententiam, debet soluere argumenta secunde, dicendo leges illas esse pœnales, punirèque culpam veram ferui, vel factam animalis, vt explicui, & sic requiritur sententia. Sed tenendo posteriorem, responderetur ad argumenta prioris. Ad primum teneri ratione rei acceptæ, quia retinet animal, quod gerit vicem debiti dampni, cum pro illo fit hypothecatum: sicut qui ignorans emit domum censui hypothecatam, tenetur ad censum ratione rei acceptæ, quia habet domum gerentem debiti vicem. Ad secundum, quòd in insensibilibus nulla prorsus est culpa, cum non agant se, sed impellantur: at in sensibilibus est culpa facta, vt explicui, quæ quando etiam deest, ad nil tenetur dominus. Ad confirmationem, filius tantum profectitium acquirit patri, & aduentitium, quoad vsum fructum: & religiosis non ex vinculo iustitiæ, sed religionis tenetur laborare; & non quidquid sunt, sunt patris, vel religionis, cum non possint vendari, &c. Ad tertium patet ex dictis. Ad quartum, quod D. August. intelligit de imputatione ad culpam, & peccatum.

13 Nota tamen, quòd quando dominus vult tradere seruum pro noxa, potest seruus æstimationem dampni soluendo effici liber, inuito domino, & hoc fauore libertatis. Sic habetur Insit. de noxalibus §. 2. & ibi glossa, & Faber, Greg. Lopez l. 4. tit. 13. p. 7. vers. desamparar. Vega lib. 5. summa, casu 214. Nauarra lib. 2. de restit. cap. 1. num. 41. fol. 33. addit Nauarra ibi num. 40. etiam lata sententia, vt soluat dominus damnum, vel tradat animal, non teneri tradere animal, sed fat est, si det animalis pretium, quia nequit dominus esse rationaliter iniustus: sed fallitur etiam ante latam sententiam; quia leges obligant ad soluendum damnum, vel dandum animal pro noxa, & inuito creditore vnus pro alio solui nequit. l. 2. §. mutui, ff. si cert. petat. at in seruo, quando, si traderet, esset damnandus pena corporali, fat esset dare pretium. Sic quidam doctus Iurisperitus à me consultus.

14 Tandem nota, quòd læsus à brutis potest illum Tb. Sanchez Consil. moral. Tom. I.

tenere, donec sciat quis sit dominus, contra quem agat, non verò potest tenere loco pignoris, donec ei satisfaciat. Sic Bart. & Specul. quos refert, ac sequitur Sylu. restitutio 3, q. 4. Rosell. restitutio 13, num. 9. Panorm. cap. si leseris, de iniurijs, sine, & ibi glossa, vers. æstimationem.

DVBIUM IV.

An puerum exponere sit licitum in aliquo casu.

SVpponendum priùs est, quid iure statutum sit circa hæc infantum expositionem: est enim iure statutum, vt perdat pater, vel mater infantem exponens patriam potestatem, nec possit eum ab alimentante repetere: & similiter quando alius exponit ipso sciente, & non contradicente, vel postea, 3, quando sciuit, ratum habente: & similiter si infans est seruus, fit liber per talem expositionem: & si est libertus, perdit exponens ius patronatus. Sic habetur cap. unico, de infant. expos. & l. 2. & 3. C. de infant. expos. & l. finali tit. 20. part. 4. idemque definitur eo cap. unico, de exponente languidis, cuiusmodi fat atatis; & de negantibus alimenta, quòd scilicet tali casu filius exiturus à patria potestata, & seruus fit liber.

Nota primò circa hoc, quòd hæc expositio infantis intelligitur vsque ad septennium, quia vsque tunc durat infantia. Sic Panorm. d. cap. unico, num. 2.

Secundò nota graue dubium esse, an textus d. cap. unico. quoad eam partem quòd filius exiturus à patria potestata, & seruus fiat liber, quando denegatur eis alimenta, intelligatur indistinctè, scilicet, siue eis fanis, siue languidis alimenta denegentur. Quidam enim hic intelligi afferunt, quia videtur constitui tanquam diuersi casus, quando languidi exponuntur, & quando denegantur alimenta. Sic Goffredus, & Butrio dicto cap. unico, num. 7. At multo verius est intelligi, quando eis languidis denegantur alimenta. Et ratio est, quia ius infantibus, & languidis, qui per se ipsos ad iudicem non possunt recurrere, voluit pinguius prouidere. Secundò probat Anchar. vbi infra, quia si seruis fanis dominus negat alimenta, non sunt liberi, sed pro derelictis videntur haberi, & conceduntur occupanti. l. quod seruus, ff. de stipular. seruum, secundum Azorem vbi infra. Sic tenent d. cap. unico. Anchar. num. 4. Panorm. num. 2. Innocent. Hostiens. Vincentius ibi. Azo summa tit. de infant. expos. Rosell. verbo expositus, num. 1. glossa cap. finali 87. distinct. vers. expositus.

Tertio nota, quòd hoc damnum incurrit pater exponens, nisi coactus necessitate exponat, quia scilicet non poterat alere, nec erat hospitalis pueros pauperes alens. Sic glossa cap. finali 87. distinct. vers. expositus, & ibi Hugo, & Turrecrem. Butrio d. cap. unico, num. 5. Syluest. verbo expositus quest. 2. & ibi Angel. num. 3. Tabien. ibi quest. 3. Rosell. ibi num. 3. At de domino exponente in tali necessitate seruum, dicunt gloss. Syluest. Tabien. Angel. A. mill. Rosell. non excusari, quia potius cum debuit vendere, vel donare; sed contrarium dicam in fine huius dubij.

Quarto nota, quòd alimentans filium, siue seruum

seruam expositum nullum acquirit ius in personam, vel bona alimentati, nisi a principio id protulerit: tunc enim potest repetere expensas ab alimentato, quando fuerit soluendo. Sic habetur expresse l. 3. tit. 20. part. 4. cap. unico, de infans. ex pof. & l. fin. C. de infans. expof. licet in eo cap. & l. finali, non addatur id de repetitione expensarum, quando praeedit protestatio: at id habetur ea l. 3. tit. 20. part. 4.

6 Quinto noto quod si patre ignorante, vel domino, expositus est filius, potest pater, vel dominus repetere, cum sciverit, intra decem dies, vt habetur cap. fin. dist. 87. & ibi glo. vers. infra. & Turrecem. ibi. Qui dies currunt a die scientia, vt tenet ibi glossa; & explicat lex finalis tit. 20. part. 4. & ibi Gregor. Lopez vers. que lo sup. infans. & Syluest. verbo expositus, quest. 1. dicit quod restituat repetens expensas intra decem dies post epistolam contestationis factam; & idem tenet Ang. verbo expositus, initio Tabien. quest. 1. glo. cap. unico, de infans. expositus, vers. liberatus.

7 Sexto nota, quae expensa possunt peti per alimentantem; quod quia difficile est, aliquibus dictis exponam.

8 Primo dico, quod potest alimentans repetere expensas, quas fecit cum exposito in addicenda aliqua arte. Sic fatentur omnes, & habetur l. 1. C. de infans. expof. & ibi glo. vers. restituitas. Gregor. Lopez l. finali, tit. 20. part. 4. vers. las despenfas. Syluest. verbo expositus, quest. 3. Rosell. num. 2. Tabien. quest. 3. Anchar. cap. unico, de infans. expof. num. 8. & ibi Butrio num. 5. Panorm. n. 3. gloss. cap. fin. 87. dist.

9 Secundo dico, quod expensas alimentorum, si causa pietatis fecit, id est, ex amore Dei, repetere non potest; quia iam animus ipsius fuit donandi. Sic expresse l. finali tit. 20. part. 4. & tenent omnes Doctores pro praecedenti dicto citari. Excipiunt tamen omnes illi casum contentum in l. parum. C. de nuptijs, nempe quando pater exposuit filiam, & is, qui aluit, vult illam copulare matrimonio cum filio suo, & pater exposita renuit: tunc enim propter ingratitudinem potest alimentans causa pietatis repetere a patre alimenta. Qui etiam casus habetur l. 35. tit. 14. part. 5. vbi Gregor. Lopez vers. feria, dicit, quod d. lex parum, loquitur, quando pater exposuerat; at lex Partite non facit in hoc fundamentum, sed tantum in hoc quod nutritor nutrierat causa pietatis; additque ad legem partem, vt procedat, etiam si nutritor ipse velit cum exposita contrahere, & ipsa, vel eius pater recuset. Quod (inquit Gregor. Lopez) procedet, quando talis nutritor esset aequalis aetatis, vel parum vltra cum illa.

10 Tertio dico, quod si non tenebatur alimentans alere, & non fecit causa pietatis, sed animo rependendi, vt quando protestatus id est, tunc potest tales alimentorum expensas repetere. Sic omnes Doctores, & leges pro primo dicto citantur.

11 Aduerte, quod haec protestatio est ad forum externum, nam in foro conscientiae fat est a principio habuisse animum rependendi. Sic Syluest. Ang. Rosell. Tabien. in l. dicto citati. Armill. verbo expositus num. 3.

12 Secundo aduerte, quod vbi talis protestatio non fit ex coniecturis, deprehendi debet an cau-

sa pietatis fecerit eas expensas. Sic Gregor. Lopez l. fin. tit. 20. part. 4. vers. por amor. Butrio, & Panorm. in l. dicto citati. Et hi duo ponunt has coniecturas, si est coniunctus alimentans, praesumitur in dubio causa pietatis fecisse; nisi alia coniectura oppositum suadeat; si vero non fit coniunctus, praesumitur non causa pietatis fecisse, & sic potest repetere.

Quarto dico, quod si alimentans tenebatur alere, vt si est hospitale deputatum pauperibus expositis alendis, & reuera talis expositus est pauper, tunc licet protestetur, non potest expensas repetere. Sic Anchar. Butrio, Panorm. Ang. Rosell. Tabien. Syluest. ibidem. Dixi, quando expositus est pauper, id est, parentes, exponentes, quia, vt statim dicam, quando parentes sunt diuites, tenentur hospitali restituere expensas, cum ex solis pauperibus deputatae sint.

Septimo nota, quod expositus praesumitur alere de illa patria, in qua exponitur. Sic Barr. l. 1. ff. ad municip. Platea l. ciues, in fine. C. de incolis, lib. 10. Gregor. Lopez l. finali, vers. Et banolos. tit. 20. part. 4. vbi etiam videndus est ad sciendum, quis succedat ab intestato his expositis, remittit enim se ad aliquos Doctores, quos ibi refert.

His ergo suppositis, veniendo ad dubium initio propositum, an scilicet sit licitum in aliquo casu filios exponere,

Dico primo manifestum esse quod ex natura rei, id est, seclusis circumstantiis, quae iuxta duodecim sequentia excusant, est grauissimum peccatum mortale, cum omni iure teneantur parentes alere filios; & patet ex premissis contra illos statutas, & tenent omnes.

Secundo dico, quod quando puer exponeretur, mittendo illum secreto in hospitale, si quod esset expositis alendis destinatum, vel hoc deficiente exponendo ad ianuam alicuius, curando ne periret quousque recipiatur ab aliqua pia persona: si hoc (inquam) fiat ad tegendum parentum delictum; nempe adulterium, est licitum, Sic Caietan. summa verbo Adulterium, sine, & ibi Armill. numer. 8. fauerque Iulius Clarus praet. criminali §. finali quest. 85. vers. Partum exponens, vbi dicit, quod senatus in facti contingentia quandam nuptiam absoluit, quae infamiae vitanda gratia filium exposuit; tenet etiam Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 19. num. 3.

Nota tamen quod si adulteri exponentes filium nutritiendum in hospitali pauperes non sint, tenentur restituere hospitali impensas; quia hospitalia sunt nutriendi pauperibus destinata. Sic Armill. & Caietan. ibi. Syluest. verbo Adulterium, quest. 5. & ibi Rosell. sine, & Tabien. ibi num. 6. Gabr. 4. dist. 15. quest. 2. art. 2. vers. de adulterio. D. Anton. 2. part. tit. 2. cap. 24. sine, & tit. 2. cap. 7. sine. Nauarr. in omnibus summis cap. 16. num. 42. sed Enriquez eo nota. 3. in commento litera H. negat in rigore, quia qui dotat hospitale ad hoc, hoc videtur intendere.

Tertio dico, parentes exponentes filios, quando nullo modo eos alere possunt, in hospitali expositis deputato, vel si illud non fit, ad ianuam alicuius potentis alere, si taliter exponant, vt nullum infantibus periculum imminet, non peccant; quia cessat in hoc casu obligatio, quam parentes habent in illis, & consulunt factui meliori modo,

quod

quo possunt. Sic colligitur ex Butrio cap. unico, de infans. expositus num. 5. & ex glossa cap. fin. vers. expositus, dist. 87. & ex Hugone, & Turrecem. ibi; & hoc dicitur forte esse verum, & Syluest. verbo expositus quest. 2. Angel. num. 3. Tab. quest. 3. Rosell. num. 3. & hoc etiam tenent Guillelmus, quem refert, & sequitur D. Anton. 2. p. tit. 1. cap. 24. sine, Armill. verbo expositus, num. 5. & tenet Enriquez d. num. 3.

Nota quod aliqui horum censent non excusari a culpa sic exponentem seruum infantem, quia potius debebat eum vendere, vel donare. Sic gloss. Butrio ibi, & cum hoc videntur transire Syluest. Ang. Tabien. Rosell. ibi.

Sed verius est excusari; quia non tenebatur dominus eum donare, nec tam facile inueniri potest qui infantem emat, & si inueniret, vili venderet, ad quod non tenetur; quare inuitus exponit. Sic Guillelmus, D. Anton. & Turrecem. ibi, additque Turrecem. in hoc casu non effici seruum liberum.

D V B I V M V.

Ans. ad cuius ianuam puer exponitur, possit ad alterius ianuam illum exponere, vel peccet, & teneatur illi educationis expensas restituere.

1 Videtur enim peccare, cum infans ille sit in extrema necessitate constitutus, tenebatur saltem ex charitate illi subuenire alimenta ministrando; & ex alia etiam parte videtur contra iustitiam, cum enim possit, & teneatur puerum alimentare, obligationem illam in alterum transfundit, & est causa expensarum, quas in puero educando facit.

2 Hoc dubium debet tractari tam quoad obligationem iustitiae, quam etiam charitatis; & quia pendet ex obligatione praecipit eleemosyna, ideo illud praemitti debet.

3 Dubitatur ergo, quando obliget praecipitum eleemosynae.

4 Supponenda sunt aliqua. Primo supponendum est, quod triplex est necessitas; quaedam est extrema, quaedam grauis, & quasi extrema; alia vero communis. Extrema non tantum dicitur, quando homo est iam in promptu, vt moriatur, tunc enim non poterit iam illi prouideri: sed extrema dicitur, quando est in illa dispositione, quod si illi non subueniatur, apparent euidentia signa, quod breui morietur. Sic docent Angles floribus 1. part. mar. de eleemosyna quest. 3. dist. 2. fol. 47. Bañes 2. 2. quest. 32. art. 6. pag. 1152. Syluest. verbo eleemosyna, quest. 1. Armill. ibi num. 2. Tabien. quest. 6. Spino speculo testament. gloss. 6. num. 15. Nauarr. in omnibus summis cap. 24. num. 5. Sarmiento de reddit. 4. part. cap. 5. num. 9. D. Anton. 2. part. tit. 1. cap. 24. §. 3. Caietan. in opus. tomo 1. tract. 16. de indulg. quest. 3. & tomo 2. tract. 5. de praecipitum eleemosynae cap. 2. Aragon 2. 2. quest. 32. art. 5. fol. 735. Palacios 4. dist. 15. dist. 6. fol. 96. Ledesma 2. 4. quest. 13. art. 3. fol. 114. pag. 3. D. Thom. 4. dist. 15. quest. 2. art. 1. 4. Couarr. regula peccatorum 2. part. §. 1. num. 3. Medina C. de eleemosyna, §. de necessitate faciendi eleemosynam. Cordub. lib. 1. quest. 9. 26. initio. Caiet. summa verbo eleemosyna, Rosell. eleemosyna 1. initio. Abul. cap. 6. Auatib. quest. 34. ad §. Gabr. dist. 4. dist. 4. quest. 4. Tb. Sanchez Confil. moral. Tom. I.

art. 2. Paludan 4. dist. 15. quest. 3. art. 1. & Ledesma, explicat illud breue tempus, vt in vna hyeme, vel in vno vere moriatur. Immo Caiet. quest. illa 3. de indulg. dicit esse extremam, quando non apparet alia via, qua illi subueniatur, si a me non sibi succurratur, licet longa sit a morte.

Similiter extrema necessitas est, quando frater periculo appropinquat incurabilis morbi, aut alterius inferiae, qua homines solent conficere. Sic Soto lib. 5. de iustit. quest. 3. art. 4. vers. circa tertiam. Immo Palud. & Gabr. proxime citati appellant extremam necessitatem, quando est in periculo grauis morbi. Sed haec non est extrema, sed grauis, & quasi extrema, vt mox dicemus.

Similiter est extrema necessitas, quando est in periculo, nisi illi subueniatur, amittendi membrum aliquod principale, vel sensum sui corporis, quia priuatio horum membrorum reduciunt ad homicidium. Sic Angles & Bañes ibi, & similiter idem est eadem ratione, quando est periculum incidendi in amentiam. Bañes ibi, immo Angles ibi dicit esse extremam, quando est in periculo perditionis honorum. Sed merito Nauarr. supra tenet contrarium, & Soto supra appellat talem non extremam, sed grauem necessitatem.

Nota, quod vt sit extrema, requiritur, vltra pericula dicta, quod non sit alius in promptu, qui tali necessitati subueniat; & late explicabo statim in dubio primo tractando sub hoc eodem dubio.

Quasi extrema vero necessitas est, qua tanta est, quod si illi non subueniatur, verisimile est quod vita illius notabiliter abbreuiabitur, vel in aliquem notabilem morbum incidet. Sic Cordub. lib. 1. quest. quest. 26. initio. Medina quest. de necessitate faciendi eleemosynam, fol. 166. pag. 2. vers. quod autem.

Angles floribus 1. part. materia de eleemosyna quest. 3. difficultate 6. fol. 462. & Couarr. lib. 3. variari. cap. 14. num. 5. dicit necessitatem quasi extremam esse, quando est talis & tanta, vt sit paulo minus, quam extrema. Sed hanc eandem necessitatem alij appellant, necessitatem grauem, vt Aragon 2. 2. quest. 32. art. 5. fol. 733. vbi dicit necessitatem grauem, & valde vicinam cum extrema esse, cum aliquis versatur in magno & certo periculo incidendi in grauissimum morbum propter inopiam, vel aliam eiusmodi calamitatem: & Nauarra lib. 3. de restit. cap. 1. num. 358. fol. 122. appellat etiam necessitatem grauem hanc dicit enim eam esse, vt ad leuandum alique ab aliquo graui, & notabili morbo, aut longo, vel ab aliqua notabili infamia, vel ne cadat ab statu, aut de captiuitate iniusta liberetur, aut ne aliquod malum magnum incurrat: & Soto proxime citatus appellat grauem, qua in graui periculo hominem constituit honoris amittendi: licet Cord. ibidem ponat necessitatem grauem distinctam a quasi extrema, & dicit eam esse quando quis secundum suum statum decenter viuere nequit, sed miseram, & abiectam vitam agit praes aliis sine conditionibus.

Tertia est necessitas communis, qua laborant pauperes, qui ostium mendicant. Sic Aragon eo fol. 735. Cord. ibidem, additque, siue publice, siue priuatim, & occulte mendicent.

Secundum fundamentum est: tria sunt genera bonorum

E 2 bonorum

bonorum ex parte dantis elemosynam; quaedam necessaria ad sustentationem naturae dantis, & suorum, sine quibus scilicet vitam suam, & suorum conservare nequit: & haec dicuntur necessaria ad naturam, & quae his dempsis superfluunt, dicuntur superflua naturae. Alia sunt necessaria ad statum, scilicet quae desiderantur ad vitam statumque decentem vitam, & suorum, habita ratione non omnium casuum possibilem, sed eorum qui probabiliter timeri, & expectari debent, & quos recta prudentia considerat. Sic D. Thom. 2.2.9.32. art. 5. ad 3. Greg. Lopez *part. 1. tit. 2.3. l. 11. verificado*, Bañes 2.2.9.32. art. 6. fol. 1148. Caiet. *opus. como 2. tract. 5. de praeepto elemosyna. cap. 2. & 6. Angles floribus 1. part. mat. de elemosyna 9. 3. difficult. 2. fol. 456. 457. Viguer. lib. institut. cap. 12. §. 2. vers. 5. Syluest. verbo elemosyna, quae 1. & ibi Tabien. quae 6. D. Anton. 2. part. tit. 1. cap. 24. §. 3. Lyra in id. 1. Ioannis 3. Quis habuerit substantiam, Cordub. lib. 1. quae. quae 2.6. fol. 220. vers. secundo necessaria. Nauarr. in omnibus summis cap. 24. n. 6. & omnes.*

¹¹ Hinc fit nomine decentia status comprehendendi continentia honesta, munera honesta, magnificientia moderata, iuxta suum statum, Sic Angles, Nauarr. Cordub. *ibidem*. Caietan. *eo. cap. 6. Armill. verbo elemosyna. num. 2.* Bañes *eo art. 6. fol. 1151. vers. ad tertium*, & Caiet. *in summa verbo elemosyna*, dicit, quod sicut multis ablati ab aliquo non censetur quis indigens, ita multi adiunctis non propterea superflui: unde superfluum considerandum est consideratis sumptibus honorabilibus, etiam filiorum familiae, status munificentia, communibus euentibus, haeredibus, & aliis humanis modis.

¹² Secundò inferuntur non dici superflua statui ea, quae quis reservat ad dotes filiarum, & ad communiter occurrentes necessitates morborum, bellorum, & famis. Sic Bañes *eo art. 6. fol. 1148. Palacios 4. d. 1. §. 1. diff. 6. fol. 94.* Immo quod reservat confanguineis, vel alumnis indigentibus, non est superfluum, vt bene Ledesin. *dicto art. 3. fol. 116. pagina 2.*

¹³ Tertio inferuntur dici superflua statui ea, quae superfluum, attentò statui suo, & suorum, consideratis casibus communiter occurrentibus. Sic constat ex omnibus Doctoribus citatis.

¹⁴ Sic ergo bona sunt triplicia: aut necessaria ad naturam sui, & suorum; aut superflua naturae, necessaria tamen ad statum; aut superflua statui.

¹⁵ Maius autem dubium est, an bona, quae attentò praesenti statui, superflua statui sunt, at ea reservat quis ad ascendendum ad altiore statum, censetur superflua, & similiter, quae reservat ad dotandum capellanias, vel erigendum Ecclesias, ita vt ex illis teneatur facere elemosynas casu, quo infra dicemus, teneri dare de superfluis, vel verè non sint superflua, & possint ad hoc referuari.

¹⁶ Et quidem quando non sunt graues necessitates, farentur omnes posse ad hoc referuari, modò fit probabilis talis ascensus, id est, sit idoneus, & habilis ad illum procurans: si enim agricola vellet fieri Comes, ridiculum esset, vt bene ait Bañes *ubi infra*.

¹⁷ At quando sunt graues necessitates, multi & satis probabiliter docent non posse ea bona referuari ad ascendendum ad altiore statum; quia reuera ea bona superflua sunt, licet secundum quid non sint superflua, scilicet respectu altioris intenti. Sic Bañes *dicto art. 6. fol. 1151. vers. ad secundum*, Aragon *d. art. 5. fol. 741.* Caietan. 2.2. quae 1. 18. art. 3. *fine*. Cord. lib. 1. quae. §. 26. fol. 226. §. respondeo negando, & Ledesin. *d. art. 3. fol. 115. pag. 4.* dicit hoc esse probabile.

Similiter dicit Aragon *ibidem*, & Ledesin. *eo art. 3. fol. 118. pag. 4.* non posse erigere Ecclesias, vel dotare capellanias ex talibus superfluis, existentibus grauibz necessitatibus, nisi quando cultus diuinus maximè periclitatur ex defectu harum rerum.

At satis probabile est etiam contrarium, scilicet non censeri superflua, quando non ex libidine auaritia, aut in fraudem pauperum, sed vult augere, aut mutare statum, quia sincere iudicat sibi conuenire ob aliquos honestos fines, maiorem familiam habere, aut opulentiùs viuere, aut ad altiore statum condescendere. Itaque sola eius determinatio sat est, vt quae ad hoc deseruiunt, dicantur necessaria statui, & non superflua. Sic ad pedem litterarum Nauarra *lib. 3. de restitut. cap. 1. num. 364.* Vnde (inquit) quia rari sunt, qui nolunt, vel statum maiorem habere, vel in infimo opulentius viuere; ideo rari sunt, qui de superfluis statui teneantur. Idem tenet Caietan. 2.2. quae. 32. art. 5. vbi haec dicit: *Is, qui alias licite potest mutare statum, & hoc probabiliter expectat, non habet superfluum secundum statum praesentem, quidquid sibi in statu huiusmodi expectationis opportunum censetur: unde potest licite, & futuro statui opportuna seruari, & pro illo habendo exponere; quia praeeptum de elemosyna superflui praesupponit superfluum, non verat mutationem statui.* Haec Caietan. *ibi*, & in summa verbo elemosyna, dicit raro contingere, vt homo secundum statum gloriosè viuens superfluum habeat. Et Ledesin. *dicto art. 3. fol. 115. pag. 2.* clarè censet hoc probabile, cum oppositum tantum vocet probabile, & fol. 116. pag. 2. dicit raro esse diuites, qui superflua habeant. Idem tenet Nauarr. *summa cap. 24. lat. num. 6.* Hifp. *num. 7.* vbi dicit non facile iudicandum esse laeculare habere superfluum statui; quia potest congerere pecunias ad aliquod dominium emendum, & mutandum statum suum in aliquem altiore, ad quem idoneus est. & cap. 23. in omnibus summis num. 74. dicit hoc idem, & quòd tunc non iudicatur id superfluum statui, vt teneatur elemosynam dare, aliàs nullus potest mutare statum. Idem Cordub. *lib. 1. quae. quae 18. fol. 172. §. secundo laeculares.* vbi haec dicit: *Intra ambitum decentie status secularis includuntur omnes vsus alias liciti, etiam rebanificare ad dotandum filios, & propinquos, etiam ad subleuandum se, & suos ad statum alias licitum: & sic (inquit) raro dicuntur in eis esse superflua decencia simpliciter, & consequenter, raro conuincit tempus, quo sub mortali peccato teneantur pauperibus erogare superflua decencia sua.* Haec Cordub. *ibi*. Idem Palacios 4. diff. 15. diff. 6. fol. 94. vbi haec dicit: *non est censendum habere superflua, qui seruat ad promouendum se ad altiore statum, vel ad dotandum capellanias, vel ad construendum hospitale. & fol. 100. dicit quòd si parca multa, quae pro praesenti statu superflua; si animo subit se promouere ad statum altioris, & iudicare basileicas, &c. non erunt superflua, quae*

quae in praesenti sunt. Vnde inferunt fol. 95. paucos esse, qui superflua habeant, & fol. 101. dicit non esse cur sollicitentur confessarij diuitum de praeepto elemosynae, quia rari sunt habentes superflua simpliciter.

²⁰ Tertium fundamentum sit; aliqua sunt certa circa hoc elemosynam praeeptum.

²¹ Primò certum est, & de hoc esse praeeptum elemosynae: patet *Matth. 23. & 1. Ioan. 3. & Deur. 15.* & late probatur à Doctoribus citandis.

²² Secundò certum est, non teneri quempiam ad elemosynam de his, quae sibi, & familiae suae sunt necessaria, magis ad naturam; quia iuxta ordinem charitatis magis tenetur homo sibi, & suis subuenire, quam aliis, excepto, nisi illi alij ad eò reipublicae necessarij sint, vt nisi illi subueniatur, reipublica peribit: tunc enim persona priuata debet se, & sua exponere, vt reipublica subueniat. Sic D. Thom. 2.2. quae 32. art. 6. quem omnes Doctores citandi sequuntur: & dicit esse certum Bañes *ead. art. 6. dub. 2.* circa tertiam conclusionem fol. 1152. Metina *C. de elemosyna, §. de necessitate faciendi elemosynam, & ratio est*, quia prius debet quis sibi, quam aliis prouidere.

²³ Tertio est certum non teneri ad elemosynam de superfluis ad naturam, necessarijs verò ad statum, quando pauper non laborat extrema, nec graui necessitate, etiam si sit in communi necessitate. Sic dicit esse certum Metina *ibi*, & patet ex dicendis.

²⁴ Quartò est certum tenei hominē de superfluis ad naturam, & statum dare elemosynam pauperi extreme indigenti; quia cum in hoc casu sit omnimoda superfluitas, & summa necessitas, si in hoc casu non obligaret, nullus daretur obligationis casus. Sic dicit esse certum Metina *ibi*, & omnes; & Bañes *ibi fol. 1152.* dicit esse ad eò certum, vt contrarium fit erroneum.

²⁵ Septem autem vertuntur in dubium. Primum est, an in extrema necessitate teneatur quis ad elemosynam de necessarijs ad statum, superfluis verò ad naturam. Secundum est, an de superfluis naturae, & statui teneatur quis ad elemosynam citra extremam necessitatem. Tertium, quae sit necessitas citra extremam, in qua teneatur de superfluis naturae & status ad elemosynam. Quartum dubium, an de necessarijs ad statum teneatur aliquando ad elemosynam citra extremam. Quintum an quando teneatur quis ad elemosynam, satisfaciatur praeepto mutuando, vel teneatur gratis dare. Sextum, an in extrema necessitate teneatur quis legere iudicium, vel sola charitatis lege ad elemosynam. Septimum an iudex cogere possit diuites ad elemosynam.

²⁶ Primò ergo dubitatur, an in extrema necessitate teneatur quis ad elemosynam de necessarijs ad statum, quae ad naturam superflua sunt. Duplex est sententia.

²⁷ Prima dicit non teneri ratio, quia aliàs teneatur homo aliquando consumere totum patrimonium opulentum in vsus pauperum, immo & dignitate maximum maioritatis, existente alio in extrema egestate. Sic tenet Viguerius *lib. institut. c. 12. §. 2. vers. Quinto.* Rolet. *elemosyna 1. in principio, & ibi Pisana 2. 1.* Petrus de Tarantasia, & summa confess. (vt referunt Couarr. & Cord. *ibi*,) & in haec magis inclinat D. Ant. 2. p. tit. 1. c. 24. §. quinto, & citantur hi hanc esse sententiam D. Thomae.

To. Sanchez. Consil. moral. Tom. I.

Secunda sententia omnino tenenda docet reuera de superfluis ad naturam, licet ad statum necessaria sint, quia ordo charitatis postulat, vt magis diligamus vitam proximi, quam propria bona, quae ad vitam necessaria non sunt. Sic tenent latius quàm probant D. Thom. 4. diff. 15. q. 2. art. 4. *quasi in fine*. Bañes 2.2. quae. 32. art. 6. *sub. 2. circa tertiam conclusionem*. fol. 1152. & ibi Aragon *art. 5. fol. 736. pag. 2.* Metina *C. de elemosyna, §. de necessitate faciendi*, & dicit esse certam. Caiet. *opuscul. como 2. tract. 5. de praeepto elemosyna. c. 2. & 6.* Palud. 4. diff. 15. q. 3. art. 2. Margar. *confess. vbi de auaritia*, fol. 108. Ledesin. 2.4. g. 1. art. 3. fol. 113. pag. 4. Cordub. *lib. 1. quae. g. 26. fol. 221. propositione 2.* Valac. 4. diff. 15. diff. 6. fol. 96. Angles *floribus 1. part. mat. de elemosyna, quae 3. difficult. 2. fol. 457. & difficult. 3. fol. 458.* Nauarr. in omnibus summis cap. 24. num. 9. & etiam Hispan. *num. 5.* Latin. *num. 3.* Sacramento de redditibus *part. 4. cap. 5. num. 8.* Syluest. *verbo elemosyna, g. 1.* Arm. *ibi num. 2. & 3.* Ang. n. 1. Tabien. 9. 5. *Tutt. cap. singulis, d. 86. num. 6.* Gerson 2. p. *tract. de cognitione peccatorum, consideratiōe 10. sine, quae est alphabetus 32. littera O Nauarra lib. 3. de restitut. c. 1. num. 361. fol. 123.* Couarr. *2. par. c. 14. n. 5.* Maioris 2. diff. 15. q. 6. Conradus de contrah. q. 19. *conclus. 3.* Almain in *uestigia, conclus. 1. corol. 1.* Spinno *speculo restitut. gloss. 6. num. 11.* Abul. *cap. 6. Matib. quae 34.* Honcala *opuscul. de rebus Ecclesiarum, cap. 13.* Lyra in id. 1. Ioan. 3. *Quis habuerit substantiam*, Durando 4. diff. 15. quae 6. ad 2. Richard. *eadem diff. art. 2. quae 2.*

Nota primò, hoc intelligi, si constat saeculari de paupere extreme laborante, non enim tenetur illum querere. Sic Metina *quae. citata, sine*, Angles *eo fol. 457.* Ludou. Lopez 1. part. *instituti. noui cap. 42.* D. Anton. *eodem §. tertio.* Honcala *cap. 13.* Cordub. *lib. 1. quae. quae 18. fol. 172. §. etsi queratur.* Gregor. Lopez 1. part. *tit. 5. l. 40. vers. in omnia.* Abul. *cap. 6. Matib. quae 34.* & 34. D. Thom. 2.2. quae. 71. art. 1. & communis.

Secundò nota intelligi quando non est in promptu alius, qui tali necessitati subueniat; quia (vt bene Nauarr. *summa lat. cap. 24. n. 17.*) tollitur necessitas, quando est alius, qui ei subueniat. Sic D. Thom. 2.2.9.32. art. 5. ad 3. & 9. 71. art. 1. Greg. Lopez *p. 1. tit. 23. l. 11. verificado.* Caietan. *opuscul. como 2. tract. 5. de praeepto elemosyna, cap. 2.* Viguer. *lib. institut. 12. §. secundo vers. quinto.* Gerson *alphabeto 32. littera O.* Arm. *verbo elemosyna, num. 2.* Tabien. *ibi quae 6.* D. Anton. 2. p. *tit. 1. cap. 24. §. tertio.* Quòd sano modo intelligendum est de potentia non physica, scilicet quando adsumt alij, qui similiter possent subuenire. Sic enim nullus subueniret exculante se vnoquoque alios similiter, vel melius posse: sed intelligitur de potentia morali, cui statim probabiliter coniungetur actus, ita vt dicatur apparere in promptu, qui possit, & prudenter, ac probabiliter iudicetur esse illi auxiliaturus, & affinis, cognatus, vel amicus. Sic Caietan. 2.2. quae. 71. art. 1. & ibi Aragon *sine*, & ibi Salon 1170. ad idem sunt Nauarr. in omnibus summis cap. 24. num. 5. Gerson *alphabeto 24. littera V.* Angles *floribus 1. part. mat. de elemosyna quae 3.* fol. 438. Tabien. *ea quae 6.* vbi dicunt teneri, quando non se offert, nec expectatur probabiliter alius, qui subueniat, quia potentes id facere nolunt, & clarius Angles *eodem quae 3. difficult. 6. fol. 462.* cum Metina *quae. de necessitate faciendi*

E 3